Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Mercurius occidentalis ſiccitatem confert.



☿ {3, 6, 9} ♍ Gra.

Frigidum & ſiccum inſerit.

☽ in {24, 26, 28} Gra. ♓

27. Manſio.

peram locat) Salis duabus, Mercurij totidem conſtare apparet. Quæ cū ita ſint, plātæ toti° facultas in corpore Lunano, aperiens, expellens et inſtaurās ſtatuetur. Tempus carpendi ſeminis in 6. et 8. Septembris ferè incidit, cum eo tempore Sol adhuc in Virgine commoretur, & omnium maximè in eo ſigno facultate cale-

Natura Lunæ varia.
Facultas plantæ totius.
Aperiens.
Expellens.
Inſtaurans.

☽ in {□, ☍}

☉ in ♍ caliditatem & ſiccitatem impertit.
Oleum.
Sal.
Liquor.

faciente & ſiccante plantas imbuat. In herbæ & caulis collectione Mercurius occidentalis ſi fuerit, tum quia in eiuſmodi poſitu pluſculum ſiccitatis plantis cōmunicat, hæ partes Sal maiore copia fundunt: Illud ſi ad morbos calidos et ſimul fluxuoſos ſiue intra ſiue extra corpus expetatur, Mercurio gradū Virginis 3. 6. 9. peragrante, quoniā is tum frigiditatē et ſiccitatē impertit, præciſio earum eſt inſtituenda. Radix cum vnica ferè ſucci bonitate commendetur, Luna in gr. ♓ 24. 26. vel 28. in manſione 27. exiſtente, quia eo tempore frigidi et humidi in plantis autor eſt, fodi deſiderat. Si vero vel Sal aut puluis ex ea quæritur, ſiue morbis calidis et rheumaticis depoſcitur, tum Luna in ☍ vel □. & in manſione 9. ſiue 25. locata, fodi iubeatur. Producta ex integra hac planta ſunt, oleū Sal atq; liquor.

Modus deſtillationum.

In præcedente Sphōdylij ſiue Branchæ Vrſinæ hiſtoria, capite huius libri quarto deſcripta, indicatum eſt: deſtillationes non arbitrarias, nec cuilibet rei communes aut vbiq; eſſe eaſdem: ſed pro conditione virium ſpiritalium, ſiue mixtione elementorū, & qualitatum dominio, quo temperamenti ſui poteſtate, in rebus, ex quibus nobilioris materiæ aliquid extrahendum eſt, prædita ſunt, earum in corpore quolibet modos eſſe peculiares & methodos diſtinctas. Vt ergo lectorem de vulgaribus illis deſtillationum vijs duodecim, comodius edocere poſſemus, Ideo eas ad ſimilitudinē ſpiritus vitalis in totidem animalibus optime notis, diſtinguere et conferre libuit. Quapropter quemadmodum Taurus, de quo antea dictum, animal eſt rude, terreſtre & iners, halitumq; ſuum recta deorſum emittit: Ita a craſſis & terreſtribus plantarum corporbus, materia ſubtilior, primo deorſum educta ſegregatur: poſtea ſeorſim ſiue per deſcenſum vel aſcenſum (pro vt res tulerit) ſubtiliatur & defæcatur. Vt vero Equus membrorum gracilitate, robore, & ſpiritu animoſo Taurum ſuperat, atq; tota natura ſua homini magis familiarior, geſtibuſq; gratior exiſtit: Ita hæ tres plantæ partium ſuarum ſubtilitatibus efficaciores, nobiliores et tenuiores, quā illæ quas ante deſcripſimus, deprehenduntur. Quæ cum ita ſint, illæ in modo præſenti primum nec ſurſum nec deorſum linea perpendiculari, ſed decliui & leniter depreſſa, quali equus ſpiritum emittere conſueuit, nimirum ex loco A in B, & ex loco B in C. eliciuntur: & conſequenter ex C per alia organa, pars illa quam tenuiorem euadere volumus ſurſum, quam vero craſſiorem, deorſum leuatur, atq; ita attenuata ad ſubtilitatem expetitam redigitur.

ἘΝΕΡΓΊΑ, EFFICACIA, ATQVE VSVS ANGELICÆ MAIORIS, doctrina Paracelſica, Animalis, Subſtantialis & Elementalis, in membris corporis puerilis interioribus.

Simplicia imbecillira corporibus imbecillibus idonea & maximè vtilia.
Ictéritia.
Lactis vbertate nutricibus creans.

Proportionem habet hæc planta ad vires duarum priorū, Angelicæ nimirum Minoris & Magnæ, fere ſubquintuplā: ideoq; & robore ſpirituū infirmioribus, virtute naturali imperfectioribus, & corpore augmentum capeſſentibus adhuc, atq; etiam omnibus, qui eiuſmodi naturam aliquam obtinent (licet ætate grandiores fuerint) plus quam robuſtis competere iudicatur. Oleum ſeminis, *veſicæ fellis, arterijs epatis & ſplenis, vtpote indigeſta amaritie et viſcoſo humido perfuſis, nec non pupillæ in oculis, & teſticulis cerebri deſtinatur: Ideoq; per dies triginta quolibet die ter, diluculo, meridie & veſperi, ſingula vero vice decem guttarum numero, cum tribus guttis olei de cera, in hauſtu aquæ ex florib° deſtillatæ ſumptū, Ictéritiā profligat. In lacte autē Caprino calido nouē guttarū numero veſperi hauſtū, nutricib° lac copioſū, mundū, et ſanū præſtat. Vnguentū ex ſeminis raphani cōtuſi partib. trib°, olei Sulphuris parte vna, olei præſētis trib° Luna decreſcēte maxillis ſi inungatur, et corpore inde in balneū ſudoriferū immiſſo, vapor excitat° ore aperto donec optimè incaleſcat, recipiatur: Scorbutum, ſiue (vt Plin. appellaſſe videtur) Schelotyrben curat, q; morb° nautis occidentalibus in Noruegiam, Sueciā et Iſlandiam nauigantib° familiaris, in Frācia et Italia ferè eſt incognit°, ſed ijs quos occupauerit, moleſtus admodū et noxius. Oleum ipſum ex cereuiſia calente potum, ſanguini coagulato, rupturis*

EXTRACTIO OLEI



Olei ex ſemine plātæ huius eliciendi, a natura eius modus & ratio eſt peculiaris. Nam pulueris ex ſemine minutim trito & molito libris ſingulis, vini albi tertiarij duo in vaſculum quoddam affunduntur. Hinc Alembico vitreo, & veſica bubula quā aqua frigidiſſima explet, obductoq; (quo inter Alembicum A & veſicam B continuum ſit frigus) ſuperimpoſito, & oleum & aqua continua coctione in receptaculum ſimul eliciuntur: quo peracto, oleum per fundibulum ab aqua ſegregatur, atq; lento ignis calore, tribus vicibus in balneo Mariæ rectificatur.

Scorbutus.
Scharbock.
Sanguis coagulatus.
Rupturæ interiores.

Oleum de cera.